



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome In Qvatvor Lib. Sententiarvm M. Petri Lombardi

Spina, Claudius de

Parisiis, 1551

Prologus magistri Petrilombardi, in vniuersum Sentent. opus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38840

Prologus magi-

STRI PETRI LOMBAR-
di, in vniuersum Sentent. opus.

L. 21.

Vpientes aliquid de penuria *Beneuolen-*
ac tenuitate nostra cum pau- *tiam. Au-*
percula in Gazophilacium ditorum à
mittere: opus vltra vires no- *pio deside-*
fstras agere præsumpsimus. A *rio si pa-*
quo nos dehortatur infirmitas deficien- *rat.*
di, quam tamen vincit zelus domus dei.
Quo inardescentes fidem nostram ad-
uersus errores carnalium atque anima-
lium hominum Dauidicæ turris clypeis
munire, vel potius munitam ostendere:
ac Theologicarum inquisitionum abdita
aperire, necnon & sacramentorum Ec- *Attention-*
clesiasticorum noticiam tradere studui- *nem à rei*
mus. Itaque hæreticorum ora oppilare, dignitate
ne virus nequitiae in alios effundere *& utili-*
queant, labore multo hoc volumen com- *tate.*
peginus ex testimonii veritatis in qua-
tuor libros distinctum. Non igitur debet
hic labor cuiquam pigro vel multum
docto videri superfluuus, quum multis
impigris multisque indoctis necessarius,
breui volume complicans patrum sen-

A

E P I T O M E

*Docilitatem à di-
cendorum
breuitate
& ordine.*

tentias , appositis eorum testimoniis , vt non sit necesse quærenti librorum numerositatem euoluere , cui breuitas quod quæritur offert sine labore. Ut autem quod quæritur facilius occurrat, titulos quibus singulorum librorum capita distinguuntur præmisimus.

D E O B I E C T O
Theologiæ.

D I S T I N C T . Primæ
C A P . Primum.

*Theologia aut de Rebus, aut de
Signis est.*

*Diuiditur
materia
operis.
Quid Res.
Quid Si-
gnum.
Signorum
genus mul-
tiplex.*

Veteris ac nouæ legis continentia circa res vel signa præcipue versatur : vt docet August. de Doctri. Christ. Sed res etiam per signa discuntur. Res autem dicuntur quæ non ad significandum aliquid adhibentur : Signa vero, quorum usus est in significando. Eorum autem aliqua sunt, quorum omnis usus est in significando, non in iustificando, quibus non utimur nisi aliquid significandi gratia: ut sacramenta legalia: Alia, quæ non solum significant, sed conferunt